



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Galeoti Martii Narniensis De Homine Libri Dvo**

**Galeottus <Martius>**

**Basileae, 1517**

Ilia

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31834**

laudatur qui bonis egit lateribus. Cicero in Catone maiore,  
cum ego quinq; & quadraginta natus legē Voconianū voce  
magna & bonis lateribus suasissim. Bolus, Bolero, & Latus  
latero uerbum faciunt, Prisciano teste. Latera subiacent leo/  
ni. M. Manilius secundo Astronomicon,

Latera.  
subiacent  
leoni.

Laterum regnum scapulaeç leonis.

## ILIA



ILA sequunt latus, dicuntur q; (ut ait Festus) ab  
ina, quæ est pars chartæ tenuissima. nam circa Ilia.  
ila tenuior sine dubio cutis est. Ilium terminos  
sic præfinit Cornelius Celsus quarto libro, Ilia  
inter coxas & pubem, in imo uentre posita sunt. Sed hoc de  
ilibus interioribus intelligitur, quæ sunt arteriæ quædam.  
Plinius undecimo naturalis historiæ, inter eas & aluum ar-  
teriæ ad pubem tendentes, quæ ilia appellantur. Sed exte-  
riora ilia latius patent. nam ea pars quæ maxime respiratio-  
ne in lateribus concutitur, hoc nomine comprehenditur.  
Horatius primo epistolarum,

Solue senescentem mature sanus equum ne  
Peccet ad extremum ridendus & ilia ducat.

Iluuenalis,  
Ilia subter

Vis frater ab ipsis libus. Persius.  
Cæcum uulnus habes, sed lato balteus auro  
Protegit.

Hæc enim tanto inflant spiritu, ut sæpe crepent. Vergilius  
in Buccolico,

Rumpantur ut ilia Codro.

Qui em inuident coticescunt moerore, spirituq; cōprimunt.  
Vnde sit ut homines plerumq; crepent. Martialis,

Rumpatur

Rumpatur quisquis rumpitur inuidia.  
 Ilia tertiae & secundæ declinationis apud ueteres repe-  
 dæ decli riuntur.  
 nationis.

Vis frater ab ipsis libus,

Dictum est. Et Cornelius quarto, deinde super rectum in-  
 testinum progressa Ilijs fœminæ latera sua cōuertit. Et haec  
 sicut plurima tam exteriora q̄ interiora mēbra significant,  
 ut stomachus dicitur extra & intra, & pectus ut dictum est  
 de utroq; Iuuenal is.

Pectora nostra duas non admittentia curas.

Ilia subi-  
 cent uir-  
 gini.

Ilia subiacent uirgini, M. Manilius secundo,  
 Virginis in propriam cessarunt Ilia sortem.

## • VENTER •

Venter.

**V**ENTER a superiori parte pectore, ab inferiori  
 libus & pube, ab latere lateribus ipsis termina-  
 tur. Iuuenalis,

Pantices. Mōtani quoq; uenter adest abdomine tardus.  
 Hicq; extenditur, constat em ex pelliculis quibusdam, quas  
 uocant Pantices. Plautus in pseudolo, Et uos uestros pan-  
 tices adeo madefacitis, cum sim hic siccus, de interiori parte  
 uenter intellexit Martialis,

Panticibus laxis.

Venter plura significat, nam pro hominis parte iam patet.  
 Dicitur aliquando fetus qui in uentre est: Liuus ab Urbe  
 cōdita, Aruns prior q; pater moritur, uxore grauida relicta,  
 nec diu manet superstes filio pater, qui cū ignorans nurum  
 uentrem ferre, immemor in testando nepotis, deceſſisset.  
 Sumitur aliquando pro insicio maiori Martialis,

Et lucanica